

P R A E F A T I O



LLIS è rebus, illustrissimi Principes,
Rectores Magnificētissimi, Domini cle-
mentissimi; dignissime Cancellarie, Pa-
tres, & Senatores amplissimi; Patroni,
Fautoresq[ue] colendissimi; illis è rebus, de quibus dili-
gentem apud me sāpe cogitationem suscepi; vix est alia,
qua meum ego vel sāpius, vel intentiū animum voluta-
uerim; quām, si quid in me foret ingenij; si qua, siue solu-
ti, siue ligati sermonis copia (que omnia sentio quām sint
in me tenuia) si quis denique meorum vel nunc esset stu-
diorum vſus, vel deinceps aliquis futurus; hunc omnem
itā mihi, quovis loco, tempore, occasione, facultate qua-
uis instituere liceret; vt clarissimas vestras ad laudes, &
ornamenta varia referretur.

Vt sic & propriuata, & publica singulorum, illustris-
simi, magnificētissimi, dignissimi, & amplissimi vestri
Ordinis in me continua modō, sex lustrorum, clementia,
gratia, beneficentiāque, non in Vos tantūm præsentes,
qui hodie Rempublicam Scholasticam Tubingensem
non minūs feliciter, quām sapienter vñā gubernatis;
grati hominis nomine censerer: sed in eos quoque piam,
dignamq[ue] recordationem colere viderer; qui, per hoc
dictum, quo Tubingæ versor, tempus; ex ordine vestro
vitam cum morte, pio discessu, commutârunt.

Etenim & hi pari clementia, contentione, pietate,
studio semper laborârunt, & Vobiscum aduigilârunt; vt
hæc celebratissima, felicissimaq[ue] vestra Schola, quām flo-
rentissima plarisque Vobis, & Posteris, à se, tanquam per
manus tradita relinqueretur.

Sed